

## PORTULACA SYLVESTRIS.



gerans . Et fuerit sanè in refrigerandi quidem facultate tertij excessus a temperatis, ac medijs : in humectandi uero secundi .  
 Hac ratione & astuantes, ut si quid aliud, adiuuat tum ventris osculo imposita, tum totis hypocondrijs, potissimum in febribus hësticis . Præterea dentium stuporem sanat, nempe quæ ab acidiorum succorum contactu, asperè exsiccata fuerant, lentens, atque replens, vtpote cum viscosam habeat humiditatem . Similiter verò & succus eius . Itaque non foris modò impofitus; sed epotus quoque refrigerat . Hoc sanè & toti herbæ comessæ accidit . Quoniam autem subastringit, vtiliter dysentericis editur, & muliebri profusio . & sanguinis reiectionibus . Sed ad hæc quidem multò est, quam herbæ, succus ipsius alimoniam, eamque humidam, frigidam, & glutinosam . Vt medicamentum autem, dentium stupori medetur ob lentorem suum morfus expertem, de ea diffusus in opere de facillè parabilibus stomi locuti . Hæc ipsa, ut tradidit Plinius lib. 2. cap. 10. emplastrum modo imponitur vmblico prociديو . Sanat & mammarum, & podagræ inflammationes, cum melle, aut cinnolia creta . Prodest in vniuersum omnibus calidis affectibus . Huius herbæ nomen Græcorum est ἀράχνη . Latinum, Portulacæ . Arabicum, Bakleancha, seu Bachele albanica: Italicum, Portulaca, Procacchia, & Torcellana: Germanicum, Burtzelkraut, & Portzelkraut. Hispanicum, Verdolagas, & Baldroegas: Gallicum, Poupier, & Pourchaille .


Nomia.

ASPARAGVS

**C**orruda, siue a syluestris asparagus, vulgaris est notitia. Huius caliculi in cibo cocti, ventrem emolliunt, vrinam cient. Radicis decoctum contra vrinæ difficultatem, regium morbum, renum vitia, & coxendicum cruciatus, in potu proficit: cum vino autem, phalangiorū morsibus auxilia tur. Si decocti succus super dente continetur, eius dolori medetur. Semen potum ad eadem valet. Canes, vt aiunt, si decoctum bibant, emoriuntur. Asparagus etiam nasci prodiderunt, arietis cornibus contusis, atque defossis. quod, quātum equidem sentio, planè à veritate abhorret. † Altis autem asparagus, multis raris fructicat, folijs fœniculi longis, numerosis: radice rotunda, grandi, spongiam habente. Huius teneri cauliculi tritii in vino albo, renum dolores sedant. Aslus autem, coctusve, urinæ stillicidium difficultatemque, ac dysenterias mitigat. Radix cum vino, aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Decocta cum ficis, aut ciceribus, sumpta, regium morbum sanat: coxendicis cruciatus, stranguriamque leuat. Alligata radix, aut hauitum eius decoctum, conceptum adimit, & sterilitatem adfert.

a Cateuz. ore  
spales. i. petra  
us.

## ASPARAGVS.



Asparagorū  
confidatio.

**A** Sparagus duplex habetur, altilis, & sponte proneniens. Huius tria videntur genera, nempe Palustre Grecis *Aspas* vocatum, montanum, & petreum, corruda proprie dictum. Altilis passim in hortis fertur, ceterisque notior est, quā ut debeat explicari. Thyrsus primū ē radicibus mittit, cacumine crassiore, in acutum desinente, orobanche modo, qui tandem altus in ramos sese explicat, in quibus folia sunt capillacea, seniculo breviora, tenuioraque. Florem edit exiguum, a qua numerosa oriuntur fibre ellebori modo, albicantes, crassioresque, ut in Rusco. Montanus, & palustris, facie vix ab altili differunt. Horum omnium cauliculi, qui in cibus passim expectantur, dulces sunt, & gustui grati. Corruuda verò contrā, si quidem ē amarisculi sunt, & nullam ferē in cibus gratiam habent. Nascentur Corruuda altilis, & præsertim in sepibus, & frutetis, caule lignoso, albicante, folijs exiguis, præduris, & aculeatis. Nascentur altilis Asparagi totius anni decursu, si ubi fructum legeris, radices, que summo cespite vagantur, circumfoderis, ac aperueris. Meminit horum Galenus libro v. i. simplicium medicamentorum sic inquit. Asparagus petreus, aut wyacanthinus abstergen. 10 di nim habet, idque citra manifestam aut caliditatem, aut frigiditatem. Hinc renes, ac icter in actu liberat, & maximè herbe ipsius radices, & semen. Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine, quam vel maximè dentes requirunt. Et libro 11. de alimentorum facultatibus: Insper (inquit) asparagorum alius regius in hortis nascens, alius ē desicidus, altilis appellatur, ceteri alius ab his, qui à bryonia oritur. Omnes autem stomacho vitales sunt, vrinam cient, & parum præbent

Asparagorū  
uires ex Gal.

ASPARAGVS SYLVESTRIS.



nutrimenti.

nutrimenti. Si tamen ij probè concoquantur, olerum asparagis magis alunt, nimirum quanto illis sunt ficiores. hæc Gale-  
nus. Asparagi in cibo sumpti, ut scribit Plinius lib. xx. capite x. oculis claritatem afferunt: peñtoris, & spinæ doloribus pro-  
funt. Venerem stimulant, & ventrem leniter molliunt. Asparago trito cum oleo perunctos, pungi ab apibus negant. ba-  
Etenns Plinius. Caterum, ut memoria prodidit Auicenna Fen vltima libri quarti, Asparagi in cibis suauis odore corpus to-  
tum commendant: verùm vrinam fetidam trahunt. Græcis *ἀσπράγος*, Latinis asparagus nominatur: Mauritanis, Halion,  
sive Helium: Italis, Asparago: Germanis, Spargen: Hispanis, Esparagos: Gallis, Esparge.

Ex Plinio, &  
Auicenna.

Nomina.

† Licet in Græcis non planè constet, hic altitilis, uel satiuus asparagi mentionem fieri: tamen non ideo, quomodo hæc ad syl-  
uestrem quoque referri possint, ut aliqui referenda censent. Cum enim hunc notum esse antea dixisset Dioscorides, non aliã  
ut solet, eius subieciisset descriptionem. Quo sit, ut hæc potius ad satiuus referenda putemus, uel saltem mendum subesse  
suspicemur.

20

PLANTAGO MEDIA.




Ec 2 PLANTAGO.

a Orib. sic ha-  
bet. Ἀπρι-  
γιοσσοῦ, εἰ δὲ  
ἔστιν ἰσχυρὸν, εἰ  
δὲ πικρὸν, εἰ δὲ  
δύσπεστον, το-  
ῦτο μᾶλλον το-  
ῦτο μᾶλλον το-  
ῦτο μᾶλλον εἰ-  
σὶν Πλάτῳ, quia  
alij heptaneu-  
ron, alij poly-  
neurou vocant,  
duntaxat est  
genus, aliud  
parvū, aliud  
magis. b Orib.  
habet. μακρο-  
τέρα. i. longiora.

**D**Vo a Plantaginis genera. Minor folia habet angustiora, b minor, molliora, leuiora, & tenuiora: cauliculo anguloso, in terram inclinato. floribus pallidis, femine summis caulibus emicante. Altera maior, latior virentiorque latis confans folijs, oleracei generis: cuius caulis cubiti altitudinem perit, angulosus, subruher, à medio ad verticem tenui femine circumdatus: radicibus nititur teneris, hirfutis, candidis, digito crassitudine æquantibus. Nascitur in lacuosis, sepibus, & locis humidis, hirfutis, candidis, digito crassitudine æquantibus. Nascitur in lacuosis, sepibus, & locis humidis. Multo utilior magna est. Vim habent folia exicatoriam, constringentem. quare omnibus malignis vlceribus, & fluxioni opportunis, atque elephantiasis, fordidisque illita profunt: profutua sanguinis, vlcera quæ serpunt, epinyctidas, carbunculos, nomasque cohibent: vetera vlcera, & in æqualia cicatrice obducunt. chironia sanant: sinus conglutinant: moribus canis, ambustis igni, inflammatio- nibus, panis, parotidibus, strumis, æglopijs, illita cum sale profunt. Coctum cum aceto & sale olus, dyentericis, coeliacisque, sumptum lubent. Datur & in locum betæ cum lenticula coctum, & ad aquam intercutem, cui leucophlegmatæ nomen est. datur & herba decocta post aridas epulas, sic vt media antecedit. comitalibus, & suspiriosis data proficit. Foliorum succus, colluta subinde oris ulcera purgat: cum cimolia, aut cerula igni sacro medetur: fistulis infusus prodest: lippitudinibus, &

## PLANTAGO MAIOR.



aurium doloribus idem succus instillatur. additur quoque in oculorum collyria. gingivis cruore suffusis, & sanguinis reiectionibus, potu conferret. clystere dyentericis infunditur: contra tabem datur in potu: aduerfus strangulationes vuluæ, in velle subijcitur, etiam si vulua fluxione laboret. Semen ex uino potum alui fluxiones, & sanguinis excreationes sistit. Decocta radix: & manducatu, & collutione, dentium dolores sedat: eadem cum folijs, vlceribus renum, & vesicæ in passo datur. Ferunt tres radices cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sunt qui radices gestamine, discutendis strumis utantur.

10 **Q**uanquam à Dioscoride, Plinio, Apuleio, alijsque omnibus antiquis authoribus, duo tantum Plantaginis genera recensentur, maius nimirum, & minus; eam tamen, quam vulgus, quod lanceæ cuspidis formam referat, Lanccolam appellat, esse tertiam quandam Plantaginis speciem, nemo est qui ambigat. Hertruscis plantago Centinerbia vulgo vocatur corrupto à Quinquenermia vocabulo. Maior eo quod eius folia, que latiora sunt fibris septem tanquam nervis distinguuntur, Septineruia appellatur. Media, quoniam in eius folijs quinque apparent, Quinqueneruia dicitur. Minima verò, quod eius folia, qua leuiter hirsuta sunt, tres tantum habeant nervos, Trineruia dici potest. Quam vero recentiores **AQVATICAM** vocant, folio est ceteris crassiore, carnosiore, robustioreque, ac leniore, ex lata origine in acutum de-

Plantaginis 6  
sideratio.

PLANTAGO LONGA.



fiuente, laete a cufpulis modo, caulem gerit cubito longiorem, ramofum, fofculis candidis. Radicibus vititur numero-  
 fis, albicanibus, ut in Elleboro. Nafcitur in aquofis, & paluftriuis. Maioris, & minoris fement tritum, ouoque exce-  
 ptum, & calenti tegula inafatum, dyfentericos iuuat, frequenter deuoratum. Recentia folia tria, & illita, lichenis auxilian-  
 tur: quinetiam uitia fedis omnia curant, nempe ficus, rimas, condylomata, hemorrhoidas, prociidentiafque. Illinuntur quo-  
 que utiliter primo impetu rubenti podagrae. Medentur omnibus digitorum uitijs. Luxatis, cum dolore, tum tumores tol-  
 lunt folia trita, & fale modico illita: contufis, uerberatis, & ab alto deuolutis, non folim illita, fed deuorata profunt. Suc-  
 cus ex rofaceo fronti adhibitus, capitis dolores a calida caufa pronocientes mulcet. Datur quoque magno iuuamento ad  
 cruenta fputa, addito Armenio bolo, aut hematite lapide. Idem cum mille folij fucco miflus, cruentam urinam reddenti-  
 bus mirifice medetur potus, & praefertim addita p hilonij perfici drachma. Illinunt quoque rellē eryfipetis, addito aceto,  
 & folani, fedisq, fucco. Stillatitia plantaginis aqua, cum aequali acerrimi aceti portione, fanguinem e naribus fluentem  
 & colani, fi linteola in ea madefacta applicentur pedum plantis, manuum uolis, & iocinori. Plantago (ut fcriptum  
 liquit Galenus lib. v i fimplicium medicamentorum) mifla efl temperata: habet enim quiddam aqueum frigidum: ha-  
 bet uerò & aufterum quiddam, id quod terreum efl, ficcum, frigidum. Itaque refrigerat fimul, & deficcet, & in utroque  
 fecundi ex ceffus a medijs efl. Porro medicamenta, qua cum hoc quòd refrigerant, una etiam ficca funt, ea & ad ulcera re-  
 bella omnia, & ad fluxiones, & putredines conueniunt, ac proinde & ad dyfenterias: nam & fanguinis profuua fi funt,

Plantaginis ui-  
 res ex Gal.

PLANTAGO AQUATICA.



& si quid aduratur, refrigerant: tum sinus quoque glutinant, & alia ulcera recentia simul & vetera. In omnibus serè id genus medicamentis primas tenet, aut certè nulli secunda est plantago, idè, temperata symmetria, & conuenientia. Nam siccitatem obinet morfus expertem, & frigiditatem, quæ nondum obstupefaciat. Semen eius, & radix similes facultatis, nisi quod siccioris, & minus frigida. Sed semen etiam subtilium est partium: radices verò crassiorum. Ipsa autem herba folia exsiccata tenuioris, & minus frigida facultatis sunt: nempe distillato ex eo, ac digesto excremento aqueo. Hac ratione & radicibus utuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus ipsorum incoquentes. Præterea ad iocinorisi, & renum obstructions, non has tantùm adhibent: sed folia quoque, & multò magis semina. Hæc enim quandam in se abstergendi facultatem obtinent: quam & in herba viridi inesse satis conijci potest, verum ab humiditatis copia vinci.

Nomina.


Herba, quæ Græcis ἐπιχθονίον, Latinis Plantago vocatur. Arabibus, Lisfen, aus Lesan alhamel: Italis, Piantagine: Germanis, 70 Vægerich: Hispanis, Lhantem, Tamebagem: Gallis Plantain.

210.

SIVM, SEV LAVER. . C A P. CXX.

**S**on in aquis inuenitur, frutice pingui, recto, folijs latis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Quæ cruda, coctaque cû, calculos rumpunt, atque excernunt: vrinæ cient: mentis, & par-

S I V M.





a Mc. & Drag. tus extrahunt: dysentericis in cibo auxiliantur. De sio Crataeus tradit, a herbam esse fruticis species, pauca folia ferentem, rotunda, maiora quam mentha, nigra, & † ad ericam accedentia.

πρὸς τὴν Σαυρο-  
δὴν ὀδὴν ἔ-  
συστα πρὸς δὴν  
ἔσυστα ἢ. her-  
ba fruticosa,  
exigua, habes  
multa folia  
rotunda.

† Orib. a. r. r.  
p. i. pi. u. a.

Sij confid.

Plinij lapsus.

**S**ium in scaturientium fontium ruis, quorum aqua hyeme calent, estate uero frigescent, plerunq. nascitur. Caterum falluntur apertissime, qui pro Sio herbam Crescione vulgò vocatam, tam scilicet dulcem lactucae similem, quam acrem, ac subamaram, cui nasciturij sapor, & eruce folia insunt, in medicamentis usurpant. Quippe quòd ea non alia sit planta, quam Sisymbrium aquaticum sequenti capite a Dioscoride descriptum, non legitimum Sium, quod nostratibus Senensibus vulgò uocatur Gorgolestro. Hoc enim à Dioscoridis Sio nullis prorsus dissideat notis: quandoquidem pinguis est planta, caule recto, & folijs latis, in ambitu serratis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis: floribus candidis: semine corniculis incluso. Rari admodum sunt fontium riuuli, quibus aquaticum Sisymbrium inuadet, qui Sium etiam non habeant. Plinius lib. & cap. xx i. Sium cum aquatico Sisymbrio confudisse uidetur: quòd Sio Sisymbrij aquatici uires assignauerit, nominis fortasse communitate deceptus. Nam Dioscoridis testimonio, Sisymbrium hoc, quòd aliqui cardaminam uocant, nonnulli etià Sium appellant. Vnde quòd sorte existimauerit Plinius Sium, & cardaminam unam, & eandem plantam esse, uni tantum Sio ritiusque facultates reddidit: etsi prius lib. xx. cap. xx i. i. speciatim de fyluestri Sisymbrio in riguis proneniente differerit. Serapio Sium Senation uocat: Verùm Senecio Dioscoridi alia est planta, ut lib. i. 111. in eius mentione explica-

## SISYMBRIUM HORTENSE.



bitur. Conferit Sium in cibis ijs, qui oculorum hebetudine laborant, quinetiā splenicis, & malo habitu laborantibus. Ventris tinas pellit, id quod ualentius facit eius semen tritum, cochlearis mensura, ex uino austero potum. Succus illius lentiginis delet. Decoctum cum sale, & nitro, equum scabiem sanat. Vtuntur etiam eo quidam in acetarijs. Sy meminit Galenus lib. v. 111 simplicium medicamentorum, sic inquit. Sium quantum gustu odoratum est, tantum etiam ex calfacientis facultatis est particeps. Digerit autem, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat. Quod Græci *σίου*, Latini quoque Sium uocant: Mauritanij, Ror eathalmi, & Inhamehanella, seu Hamehauella: Itali, Sio, & Gorgo- lestro: Germani, Vassermerck: Hispani, Rabacas: Galli, Berle.

Sij vires ex Galeno.  
Nomina.

*Σισυμβριον.*

SISYMBRIVM.

CAP. CXXI.

<sup>10</sup> Sisybrium (alij serpillum a syluestre vocant) in solo inculto nascitur, menthæ hortensis similitudine, b odoratus, latiore folio. Inferitur coronis. Calfaciendi vim habet. contra stillicidia vrinæ, calculosque, semen ex uino bibitur: tormina, & singultus sedat. Folia in capitis dolore, fronti, aut temporibus illinuntur. Item contra verparum, apumque ictus. Vomitiones potu cohibet. Alterum sisybrii genus, aliqui cardaminam, alij sion appellant. Ea herba riguis gaudet, & eisdem in locis, qui

a Orib. *σίου*  
i. magnū, sed  
syluestre non  
legit.  
b *σίου* dicitur  
donatum leg.  
Orib.

SISYMBRIVM SYLVESTRE.



bus sion, provenit: que ideo nonnullis cardamina nominatur, quòd gustu cardamum, id est nasturtiū repræsentet. Folia primum rotunda prodeunt, adulta crucæ modo finduntur. Id exalfacit, urinas mouet. crudum estur. Purgat lentiginēs, cutisque vitia in facie, noctibus impositum, matutinisque detractum.

Sisymbrij cō-  
federatio.

**T**ametsi prodiderit Dioscorides Sisymbrium in solo inculto nasci, Theophrastus tamen lib. v. i. cap. v. i. de plantarum historia, & lib. v. cap. v. i. i. de earum causis, satium etiamnum Sisymbrium in hortis reperiri posteritatis memoria commendavit. Quod sanè eam herbam esse crediderim, quæ hodiè in omnibus ferè hortis provenit, quam nostrates officinæ Balsamitæ, vulgus vero mentham Romanam, vel crispam appellat. Quippe quòd hæc proferat folia circinata, & vulgaris menthæ latiora, crispæ tamen: caulem quadrangulum, rubentem, niremq; : & odore, gustuque mentha longè acrior sentiatior. Cuius rei illud etiam, præter assignatas notas, manifestum indicium facit, quòd Balsamita hæc facile in mentham degeneret, nisi diligens admodum adhibeatur cultura. Quod libro de plantarum causis paulò antè citato aperitè testatur Theophrastus his verbis. Sisymbry mutato in mentham, velut prædictis opposita scilicet est, cum ex neglectu eveniat. Fit enim cum quis non excolit, neque curam solitam adhibet, ut radices amplius deducantur, quam in partem ut tota conuersa, debilior pars superna consistit, odorisque sui vehementiam amittit, quasi ex ambobus illis, germine, atque odore similitudo proveniat. Quippe acritudine exolefcente, reliquus odor, quia mollis quidem, remissusque est, pro-

Sisymbrij in  
mentham mu-  
tatio.


## SISYMBRIUM AQUATICVM.



ximè ad mentham accedit. Quamobrem transferre sæpenumero iubent, ne istud eucinat. Hæc Sifymbrij causa est. hæc-  
 nus Theophrastus. Sed equidem non putauerim Dioscoridis Sifymbrium sponte in incultis nascens, cum Theophrasti Sifym-  
 brio conuenire: quin potius alterum ab altero loq̄e dissidere crediderim. Syluestre enim in Anianensi agro in incultis  
 natum compluribus locis nidimus, ac legimus, nullis deficientibus notis illi à Dioscoride tributis. quod mihi quidem satiuo  
 effigie planè reclamare visum est. Huc alia accedit ratio, qua facilè probari potest, syluestre Sifymbrium à satiuo plurimum  
 differre. Quandoquidem si idem essent, cum Sifymbrium cultura & negligentia in mentham degeneret, fieri quidem non  
 posset, ut syluestre aliter vsquam inueniretur, quam in mentham permutatum; cum nulla hominum cultura nascatur. Quo  
 postmodum feret, ut locus, in quo Sifymbrium primò adoleuisset, breui temporis tractu ubique mentha cæteret. quod ta-  
 men nusquam hæcenus factum reperi. Cæterum Brasauolus, cum hæc fortasse non perpenderit, credit Balsamitam, quam  
 ipse Florentinam mentham appellat, tam satiuam, quam syluestre Sifymbrium indifferenter explere posse. Qui præterea  
 fatetur se uidisse (quod potius cum oculo sefelliisse putauerim) Balsamitam deficiuisse in calamintham, Plinium quidem,  
 non Theophrastum secutus. Siquidem Theophrastus in mentham, non in calamintham Sifymbrium deficiere prodidit.  
 Plinius uerò codices nonnulli libro x. cap. x. scriptum quidem habent, quod Sifymbrium in calamintham degenerat. quam  
 lesionem accepit Brasauolus: sed ea lectio deprauata censetur. Idcirco factum est, ut is, qui Plinium castigauerunt, eam re-  
 stituerint, quod compertum habuerint Plinium ex Theophrasto, historiam sumpsisse. Itaque iam eius loci uera, & le-

Brasauoli er-  
 ror.

## SISYMBRIUM AQUATICVM ALTERVM.




gitima

Sifymbrium  
Aquatium.

gima lectio est, ut in castigatis codicibus legitur, quod Sifymbrium in mentham desiccatur, non in calamintam: Sifymbrium vero, quod (ut Dioscorides inquit Julique Cardaminam, alij Sinm appellant, ea nimirum herba est, quam vulgo nostri Crescione appellant, acrisapore prædita, de qua etiam diximus in præcedenti capite, de Sio differentes. Siquidem ea in fontium rivis discurrentibus comite Sio nascitur, folijs primo exortu rotundis: cum vero adoleverit, eructa modo differtis: odore, ac sapore sativo nasturtio proximis. Meminit huius Plinius libro xx. cap. xxii. quansu libro xix. cap. viii. aliud Sifymbrij genus commemorat his verbis. Sifymbrium simili modo feritur. Letissimum nascitur in puteorum parietibus, & circa piscinas, & stagna. Hinc quidam existimarunt, Plinium de vulgari menthastrò, quod in aquis passim provenit, differuisse. Sifymbrium tam hortense, quam sponte proveniens, & flatus, & lumbricos pellit, cum herba ipsa in pulverem trita: tum eius decoctum potum, valet ad uteri inflationes, si una cum parthenio in calenti tegula calefactum, & odorato mero aspersum, ventri applicetur: valentius quoque veterinis doloribus à partu subuenit, si una cum parthenio, anthemidis floribus, tenuiter concisa, tribus, aut quatuor onis excipiatur, & deinde in patella, cum oleo lilino ad ignem fiat placenta, & calida applicetur uenri, super ipso umbilico. Illinitur tam recens, quam siccum calefactum, & vino cretico aspersum, ad ventriculi dolores. Succus testibus illitus nocturnas pollutiones cohibet. Cæterum aquaticum Sifymbrium cum raphano omni, & petrosilini radicibus, ex albo mero, & butyro calefactum, & pubi adhibitum, vrinæ remanentes educit. Succus ex aceto illinitur utiliter veteranos: Est & alterum eiusdem generis, sed folijs & caulibus longè minoribus, ramulis nume-

## CRITHMVM I.



refertur, in cacumine tantum comantibus, in quibus stolidi exeunt albicantes. Hoc autem non solum in aquis, & rignis provenit, sed in hortis & secus iuncra, acuto sapore. Sifymbry utriusque mentionem fecit Galenus libro VIII. de simpliciorum medicamentorum facultate, sic inquit. Sifymbrium tenuium partium, digerentis, ex calfacientis, & exiccantis facultatis est, & temperatura in tertio ordine. Sed & semen eius tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidem cum vi no exhibent singultientibus, & tormina patientibus. Sifymbrium vero, quod quidam Cardaminam uocant, quandoquidem cardamo, hoc est, nasturtio simile quiddam gustu praefert, cum sicum est, tertium est ordinis ex calfacientium, & desiccantium: cum humidum, & uiride, secundi. Vt Graeci οὐροσκόπος, ita etiam Latini Sifymbrium dicunt: Arabes, Sifnabarion, seu Sifnasbar: Itali, Sifembro, & Menta Romana: Germani, Vassermuntz, & Bachmuntz: Hispani, Hierua buena de agua: Galli, menthe aquatique. Quod uero οὐροσκόπος in Graecis, Sifymbrium alterum Latinis appellatur: Itali, Sifembro aquatico, & Crejione: Germanus, Brunkressen, & Vuasserkressen: Hispanis, Berros, & Agrioks: Gallis, Cresfon.

Sifymbry  
triusque vires  
ex Galeno.

Nomina.

10


K. 1209.

CRITHMVM.

CAP. CXXII.

**C**rithmum, seu, ut aliqui, Crithamon, fruticosa, & undique foliosa herbula est, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: folijs pinguibus, numerosis, albicantibus, ueluti

CRITHMVM II.



a Cat. *ααζζ*  
 79915. i. cial  
 foribus.  
 b *μυλλων*. i. lu  
 rei. Oriz.


portulacæ, & latioribus, & longioribus, salso gustu: flores b candidi sunt: & semena, cum rosarini, odoratum, molle, rotundum, quod ficcatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum: radices digiti crassitudine, tres, aut quatuor, grati odoris, & iucundi. Radix, semen, & folia in cocta vino, potu urinae difficultati, & regio morbo auxiliantur: menses cient. Estur crudum, coctumve in oleo. fertur etiam in muria

Caricini cō  
 sideratio.

**N**ascitur Crithmum non modò in omnibus Tyrreni promontorijs, scopulis, ac rupibus, presertim Argentario monte in maritimis nostris Senensibus, & uniuerso circum Italiani litore: sed etiam in Adriatico sinu, ubi scopulosa, & prærupta supersunt litora: quemadmodum nobis contigit videre eo tractu per quem à Timauro fonte Tergestum nauigatur: nanque inibi illa scopulosa litora crithmo referta sunt. Crithmum Romæ, & in uniuersa fere Hetruria Feniculum marinum dicitur: est in alijs quam plurimis Italiæ locis, ubi à maritimis in hortis, ac viridarijs translatum uirescit, herbam sancti Petri appellitæ vulgus. Quo nominis argumento non desunt, qui existunt, plantam hanc legitimum esse Empetron, libro 1111. à Dioscoride descriptum inter simplicia medicamenta, qui existitiora pollent facultate. Inter hos inuenio Pandulphum Colliniuum in defensionibus Plini contra Leoniceum, qui Empetron corrupto uocabulo Sanpetram herbam uocari putat, nulla habita facultatis, notarumque ratione. Cuius sententiæ maxime refragatur experientia, quod

Quorundam  
 lapsus.

## CRITHMUM. III.



Crithmum



Crithmum quam abunde, copiose q̄, ingestum, nec pituitam, nec bilem, nec aquam intercutem trahit, quemadmodum  
 Empetro reddidit Dioscorides. quip̄ opterea illud inter ea, quae alium accipiunt, medicamenta locavit. Quomodo autem  
 Empetron quis idem cum herba sa aeti Petri recte dixerit, si Empetron nullis à Dioscoride representatur notis, quam  
 quod nascatur in montibus, & in arimnis, salso, & amaro sapore? Verum enimvero non modò putandum; sed etiam pro cer-  
 to, meo quidem iudicio, affirmand. una erit, herbam hanc Crithmum esse. Quippe quòd ea notis omnibus, quae radicibus, folijs,  
 caulibus, ac seminibus, & ut iuersa denique plante tribuit Dioscorides, Crithmum planè referat. Caterum maritimi cri-  
 est, nisi quòd folijs est angustis oribus, & in cacumine mucronatis, atque pungentibus, salso, & acuto sapore: caulibus uerò  
 10 praequantioribus, succosioribus, uegetioribusq̄, in quorum cacumine ramuli exent bini, terni, quaterniè suas singuli um-  
 proferit. Alterum ab una radice plures emittit caules rectos, circa quos totos folia habentur, per interualla tamen plura  
 ex una origine gregatim pro deumtia, longiuscula, crassa, & salso etiam gustu, sub horum exortu peculiare quoddam erum-  
 pit folium, ceteris duplò longius, è quo propè caulis cauitatem pediculus exit, è quo sex, septemhè folia breuiora produntur,  
 ut ex appicta eius imaginè quispiam uidere poterit. Flores fert in cacumine orbiculatos, uillososque, colore pallido: Radice  
 nititur longa, tereti, non sine alijs adnatis. Non desunt quoque, qui hanc Empetron faciant, sed ego hanc haud subscribere  
 ausim.



ausim, cum plura sint, quæ reclamant. Hæc enim nusquam in montibus oritur, nec pota uentrem excolit. Est & altera planta, quæ non solum odore, saporeq; Crithanum refert, sed quadantenus sua ipsius facie. Hanc nos Terrestræ Crithanum, bis de causis appellare volumus. Nasctur hæc in Boemia, copiosa, præsertim in agro Pragensi non solum inter segetes, sed in agrorum marginibus, & secus uias, folijs longis, angustis, firmis, ternis ex uno pediculo, ipsoque longo proceduntibus, utriusq; denticulatis, falcis frumentariæ modo. Cæterum quæ in canlion summitate ramuli exeunt diuisi, in quibus floride, albicantesq; sunt umbellæ, in quibus postremo semen oritur paruum, oblongum, acre, & odoratum. Radice nititur syluestri pastinacæ haud ab simili, minore tamen: sapore in primis dulci, sed si diutius mandatur, acri, & odorato. Crithami uires recensuit Galenus lib. v. i. simplicium medicamentorum, his uerbis. Crethmum gustantibus salsum quodammodo est, cum pauca amaritate. quamobrem uis eius est exicatoria, & abstersoria, utraque tamen imbecillior in eo est, quàm in amaris. Κριθιον Græci, Crithmum item & Crithanum Latini vocant: Itali, Crithano, Finocchio marino, & herba di san Pietro: Germani, Bacilen, & Meerfenchel: Hispani, Perexil de lamar, & Vnhas de agnula yerua: Callis, Bacille, & Fenoi marin.

Crithmi uires ex Gal.

Nomina.

Κορονόπος.

CORONOPVS

CAP. CXXIII.

**C**oronopus oblonga herbula est, per terrâ strata, fissis folijs, coquiti in oleræ. Radicē habet tenuem, adstringentem, quæ in cibo coeliaci facit. Prouincit in aggeribus, & locis incultis, & secus uias.

CORONOPVS.




**V**arias, ac diversas reperio eorum fuisse sententias, qui non parvo laboris, ac studii impenderunt, ut plantarum hiflorian à mendis omnibus expurgatam pristinis, ac propria redderent integritati, in inuestigando, quanam inter tot plantas legitime Coronopus dici possit. Quorum unus extitit Nicolaeus Leoniceus, vir quidem ingenio, & doctrina præclarus, qui longa verborum serie hac de re scripsit, conclusitque tandem, Coronopum eam herbam esse, quam ipse vernacula sua lingua Capriola, nos verò nostra Sanguinella appellamus, quòd eam pueri aslate naribus indant, ut inde sanguinem eliciant. Verùm cum eius sententiam minimè probandam existimaverit Manardus Ferrariensis, hac in re magis Dioscoridi addi-ctus, quàm Plinij, ac Theophrasti placitis, qui Coronopum inter aculeata recenset, his magis ad stipulandum esse iudicavit, qui voluit Coronopum Dioscoridi eam esse herbam, quæ vulgò dicitur Herba stella, omnibus Italiae hortis vulgaris, ac admodum frequens, quòd in acetarijs passim vsurpetur, quàm is, qui Capriolam, siue Sanguinellam dicam Coronopum esse censet. Quandoquidem hæc nusquam, quod sciam, in cibus sumitur, sed in brutorum tantùm venit pabulum. Nec desunt præterea, qui firmiter assererent, quòd quæ inter plantas vulgò nonnullis Pes coruinus vocatur, aliquibus verò Pes gellinata, qua videntur nonnunquam medici ad exulcerandas corporis particulas, ubi id exposulet necessitas, legitimus sit Coro-

Coronopi es  
sideratur.

Quorundam  
opinio dam-  
nata

CORONOPVS SYLVESTRIS, SEV SERPENTINA.



Leoniceni o-  
pinio repto-  
bata.

Gramen acu-  
leatū Plinii.

Coronopi syl-  
uestris men-  
tio, & uires.

Coronepi vi-  
res et Gal.  
Nomina:

notus. Inter quos non modò deprehensi sunt commentatores Auicenna, quos nullam rei herbariæ peritiam habuisse con-  
stat, sed & recentiorum quidam, præsertim ex eorum numero, qui de stirpium historia, & facultatibus scribere commenta-  
rius. Namque Otto ille Germanus cognomine Brunfelsius, tamen si non ignoraret, eos à probatissimis viris refelli, qui in banc  
venenit sententiam: tamen (que multorum est pertinacia) maluit cum rei herbariæ imperitis errare, quam cum doctis, &  
peritis rectè sentire. Quippe Tes coruinus vulgò nocatus (ut in sequentibus suo loco differemus) Coronopus non est, sed  
quàm affirmauerim. Nam & si gerat hæc herba in sui culmi fastigio quinque ueluti graciles spicas, que cum manibus di-  
lantantur, cornicis, uel alterius uolucris formam pedis representant; cum tamen ( ut etiam Manardus inquit ) in hominum  
cibum non expectatur, folio exeat nullis incisuris dissecto, non feratur in hortis, & arida tanquam sanum affurgat, nullo  
pacto afferendum censeo Capriolam esse Coronobum. Ceterùm si modò quis in eo Plinium sequi uelit, quòd dixerit libro  
xxi. cap. xvi. ( quod tamen ex Theophrasto sumpsit ) aculeatarum caules aliquarum per terram serpere, ut eius, quæ  
Coronopus uocant: frustra, meo quidem iudicio, probare contendet Sanguinellam, siue Capriolam esse Coronopum, quòd  
eius caulis culmi modò geniculis intersectis, humi miuimè reptat, sed rectus in altum affurgat, & cubitorum in uire spicas  
ferat. Verùm eos non aberrare putauerim, qui dixerint Capriolam hæc, aculeatum esse gramen, cuius meminit Plinius  
lib. xxii. tit. i. cap. xi. bis uerbis. Sunt qui & aculeatum gramen uocant trum generum, cum in cacumine aculis sunt plu-  
rimùm quini, dactylon uocant. Hos conuolutos naribus inferunt, extrahuntq; sanguinis ciendi gratia. Neque nquam,  
quod equidem legerim, expressit Plinius ( ut Ruellius testari uidetur ) gramen hoc aculeatum esse coronopum. Illud præ-  
terea animaduertere oportet, quòd Dioscorides non scribit Coronopum aculeatum plantam esse, neque cum inter aculeatas  
libro tertio recensuit, sed hic inter olea, que in ciborum usum ueniunt. Quamuis contrarium fecerit Theophrastus, quòd  
fortasse ad foliorum formam alluserit, qui laciniarum tenuitate coronopum aculeata uidentur; cum tamen pangere non uale-  
ant, ut cum acanthibus pariter iussit Dioscorides. Quare facile adducor, ut credam, Coronopum tam Theophrasto, quàm  
Dioscoridi idem esse. Ideoque Plinius libro xxi. Theophrastum secutus, Coronopum aculeatum facit: libro terò xxxi.  
Dioscoridem fortasse imitatus, aculeorum hæc uelut quæquam meminit. Sed & illud silendum non duximus, quòd ex illo grami-  
nis genere, quo pueri ludentes sanguinem è naribus eliciunt, Sclaui Carniole incolæ, item Goritenses semen colligunt, deslu-  
buntque in pilis, & milij, uel panicis modo carnyum iure decoquunt, granulis oblongis uel panicis minoribus, gustui non in-  
gratis, adeò ut Germani himeldau uocent, hoc est, celestem mannann. Huius plantam ( cuius inferius libro quarto inter gra-  
mina mentionem facimus ) Sclauj cornicis pedem appellant. Quo fit, ut quasi certò crediderim, quòd Leonicenus ab his for-  
tasse doctus, putauerit banc plantam esse Dioscoridi Coronopum. Qui cum Coronopum scribat spinis nullis rigere, serique  
in hortis in ciborum usum, eos nihil falli existimauerim, qui nobiscum serenerint eam plantam legitimum esse Coronopum,  
que vulgò nobis Herba stella uocatur. Nempe nullam hætenus plantam uidi, que perinde ac illa adamussim Coronopum  
referat. Coronopus itaque folia fert longa, angusta, per intervalla corniculata, humi accubantia, & in stella modum ra-  
diantia, caulem, spicam, florem, & semen gerit per omnia plantagini similia, adeò ut nulla ferè accedat notarum differentia,  
radice nititur unica, numerosis tamen adnatis capillamentis, foliorum sapor plantaginis est. Quo fit, ut crediderim Coro-  
nopum eiusdem esse generis. Inuenitur quoque Coronopus sponte nascens dilute extenuatoque solo in comitatu Goritiensi,  
non longè à Sontij fluminis ripis, & in loco, qui dicitur in collibus. Eam inibi vulgò Serpentinam appellant, quòd eius ra-  
dix in uino pota viperarum, aliorumque venenosorum animalium moribus maximè aduersetur, sitque præcipuum reme-  
dium, ita ut ipsa sola ( quod equidem experientia compertum habeo ) liberet morfos. Sunt, qui banc Holesium esse cen-  
sunt, quorum non possum non probare sententiam, ut lib. quarto susius disseram. Coronopi uires paucis perstrinxit Galenus  
libro vi. simplicium medicamentorum, si. inquit. Coronopodis radix caliacis prodesse creditur manducata. Eius nomen  
Graecum coronopodis, item & Latinum Coronopus: Italicum, Coronopo, & herba stella: Germanicum, Kraenfuß; Hispani-  
cus, Guabelba; Gallicum, Capriole.


Syrtes.

SONCHVS.

CAP. CXXIII.

**S**onchi duo genera. Syluestrior quidam est, & magis spinis horret. Alter tenerritate quadam mol-  
lescit, cibus experitus. Caulis constat anguloso, & inani, interdum rubente: folijs in ambitu per  
intervalla dissectis. Vtriusque uis refrigerat, modicè adstringit. vnde astuantij stomacho, & in inflamma-  
tionibus illi profuit. Succus eorum si machi rosiones forbitione mitigat: lac elicit, in uellere ap-  
positus, sedis, ac vluæ collectionibus opitulatur. Tam herba, quam radix illita, vibratis à scorpione  
ictibus subuenit. Alter sonchus tenrior, arboris instar est, latis constans folijs: caulem in ramos ex-  
tremam folia distinguunt. sed ad eadem pollet.

## SONCHVS ASPERA.



**S**onchus in Hetruria, ubi Latinnm nomen adhuc perdurat, Cicerbita vulgò vocatur. Videntur in hortis, campis, & Sonchi cœli. vireis duo sonchi genera, alterum asperum, alterum laeve. Folia utraque sonchus profert cichory modo laciniata, quæ quidem in aspero crispæ, aspera, & pungentia, subrubentiaq; habentur. in laevi nerò lævia, & finis nullis rigentia. Huius duo habentur genera; quæ tantum folijs aliquatenus differunt, nempe eorum alterum lævioribus habetur folijs, minus quoque laciniatis, ac etiam magis extensis. Omnibus caulis est cubitalis, intus vacuus, mollis, fragilis, lacte prægnans, & plerumque rufescens. Flores gerit in caulium summitate melinos; senetioni haud absimiles: qui deinde in pappo evanescent. Sed tertium illud genus, de quo in fine capituli differuit Dioscorides, non solum non invenitur in Italia, ubi non recordor me hæcenus vidisse plantam, quæ Sonchum arborescentem referat; sed neque etiam de eo quicquam, quod eundem leverim, memoria prodiderunt Theophrastus, & Plinius. Soncho nostri utuntur hyeme in acetarijs, præsertimque eius radicibus, quæ cum tenera sint, mansique dulces, frequenter mensis expentuntur. In uno decoctus stomachi fluxionibus medetur. Lacteus liquor à caule emanans, datur potandus egrè spirantibus, & asthmaticis. Idem auribus inflatus dolorem tollit, & præsertim in malicorio cum oleo decoctus. Stranguriam quoque sanat, cistibi mensura potus. Commanducati folijs orti



Sonchi uires  
ex Gal.

Nomina.

grauolentiam tollunt. Sonchi uires nobis descripsit Galenus libro VIII. simplicium medicamentorum, his uerbis. Sonchus ubi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Caterum uiridis etiamnum, & tener estur, perinde ut cetera olera syluestria. Temperamentum eius quodammodo mistum est: constat enim ex aqua, terreaque essentia, utraque leuiter frigida. Nam & adfrictionis cuiusdam est particeps: & siue cataplasmati in morem illinatur, siue edatur, manifeste refrigerat: postea uero quam plane rescitatus fuerit, terreste eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem. Ζώνης, sic Graeci, ut etiam Latine Sonchus appellatur: Italicè, Soncho, & Cicerbita: Germanicè, Uuilder hafen koel, Gens dystel: Hispanicè, Serraya, & Serralba: Gallicè, Latteron, & Palais an lieure.

† Hæc dictio ζώνης, quæ uacuum, & in anem significat, hic non legitur in vulgatis Graecis. Sed tamen eam habent uetus codices, quibus etiam ad stipulatur Oribasius. Ergo non erit, ut aliqui putant, ex T. linio dumtaxat reposita.

## SONCHVS LAEVIS ALTERA.



Sépt.

SERIS, SIVE INTYBUS.

CAP. CXXV.

**S**eris duum generum est. Altera sylvestris, quæ picris, & cichorion vocatur. Altera fatiua, latioribus folijs constat, stomacho quam hortensis utilior. Quæ iterum in duas species digeritur. vna folio latiore prodit, lactucarum simillima: altera angustiore est folio, & gustu amara. Vtraque refrigerat, & adstringit, stomacho vtilissima: aluum sistit cocta, si cum aceto adsumatur. Siluestres stomacho meliores: quandoquidem æstantem ipsum, & quem imbecillitas uexet, cibo leniunt. Cardiacis per se, aut cum polenta, utiliter illinuntur: podagris, & oculorum inflammationibus auxilio sunt. Herba cum radice illita, percussis à scorpione subuenit: igni sacro cum polenta medetur. Succus cum ceruâ, & aceto, ualet ad illitus eorum, quæ refrigerationem desiderant.

## INTVBVS MAIOR.



Seridis, sive  
Intybi cōdā.

**Q**uoniam in Graecis vulgaris codicibus initium istius capit & in uerbis nonnullis, & in Seridis generibus deprauatum, & confusum legitur; ideo ex libro Oribasij simplicibus dicato, atque etiam ex antiquissimis Dioscoridis codicibus manūscriptis, illud legitime, & ordinate legendum putamus, hoc modo. Σέρης ἀγρία, καὶ κρητικὴ. ἢ ἢ μὲν ἀγρία δὴται. ἢ μὲν πρὸς περὶ τῆς καὶ ἐξ ἴστων καλεῖται. ἢ δὲ ἡμερῶν πλατυφυλλοτέρη, καὶ δὲ σμωροῦ τῆς κρητικῆς τῆς δὲ κρητικῆς δὴται οὐδὲν. ἢ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ἀποδότηρα, καὶ πλατυφυλλοῦ. ἢ δὲ ἐπιφυλλοῦ, καὶ ἡμικροῦ. idest. Seris sylvestris, & hortensis. Sylvestris quidem duplex: altera pieris, quae & cichorion vocatur: altera satina latioribus folijs, & ori gratior, quam hortensis. Hortensis uero duplex genus: una folio latiore, laetūca similior: altera folio angustiore, & gustu amara. Huic lectioni maxime adspicatur Serapio, quippe qui ex Dioscoride tot habeat sylvestris Seridis species, quot domestica. Id quod etiam ex usu clarissime patet, cum tam satina, quam sua sponte nascens Seris quotidie sit praemanibus, & sumatur in cibis. Satina quidem ubique ferè in Italia in hortis colitur, folio erraticae ampliore, lauioreque, ab hortensi angustifolia Seride non longe dissimilis: quin & ori erratica gratior. Ea uero, quae sponte pronis, passim ferme uirescat, folijs in ambitu longè magis laciniatis, angustioribus, asperioribus, & amarioribus. Sunt qui pro certo habeant, Scariolam à domestica latifolia Seride nihil differre, quod

## INTYBUS MINOR.



re, quod ita esse comprobet Serapionis scriptura. Alij Scariolam uocant alteram domestica speciem, que angustiore est folio, & gustu amarior. Sed animadvertendum est, Scariolam in Serapione, Serapionis non esse, sed interpretis, cui nulla, mea quidem sententia, in hoc fuerit adhibenda fides. Quippe cum sciveritis Scariolam, corrupta à barbaris uoce, nil aliud, significare, quam Seriolam, Serimq, non aliud esse Græcis, quam Latinis Intybum, huius generis latifolium, (perperam tamen) Scariolam appellauit. Qua in re eorum equidem sententiam magis laudauerim, qui angustifoliam Serim, quod latifolia sit Scariolam, seu potius Seriolam, ac si paruum Serim dixeris, uocant: tamen si in syluestrium quoque genere, ea etiam Scariola dici possit, que passim in hortis colitur, quod domestica Scariola non longè sit absimilis. Omnes itaque in Italia uulgares sunt notitiæ, quod nos fratribus mensis frequentissime in acetarijs apponantur. Quamobrem oliores has hyeme teruantur hyemen. artem hanc à natura docti, quod uiderint sepius in campestribus Cichorium aquarum inundationibus terra, uel arena obrutum, & tenerimum, & candidissimum reddi, exuta omni ex parte amaritudine. Est quoque tertium INTYBI HORTENSIS genus, amplo, foliosq, cespite pronuens, folijs magnis, sed ubiq, in ambitu crispis, ac fimbria-




## INTVBVS CRISPA.



tis, caule ceteris maiore, crassiore, tenerioreque, in acetarijs expetitur. Reliqua cum ceteris paria sint. Verùm quam  
 us aſerat Dioſcorides ſylueſtrem Intybum, quemadmodum & ſatiuum duorum tantum eſſe generum; Chencrillam ta-  
 men, cuius hiſtoriam ipſe ſub duplici ſpecie ſequenti capite deſcribit, inter Cichorij genera eſſe reponendam, nemo eſt qui am-  
 bigat. Quemadmodum & tertiam illam, quæ Theophraſto libro v l i . cap. x i . de plantarum hiſtoria Aphaca vocatur. Hac  
 enim illi inguſtabilis, & amara eſt. ſeſtinanter hæc floret, ſed celeriter ſos ſeneſcit, atque in pappos euaneſcit. Tum alius ite-  
 rum prouenit, atque iterum alius, idque tota hyeme, veræque ad toto vſque ad aſtate ſacitatur. Flos melini ſpeciem gerit. hæc  
 ille. Huic per omnia in vnuerſum reſpondet, quæ nonnullis DENS LEONIS, alijs Dens caninus, quibusdam Caput mo-  
 nachii, aliquibus Roſtrum porcinum, plerique verò Ambubeia vocatur. Tametsi Plinio Cichorium ipſum proprie Ambu-  
 gia, vel Ambubeia dicitur. E terra prodiit hæc herba, in ipſo ſtatim Veris initio, ſolijs cichoracis, frequenter laciniatis, in  
 ſagitte modum, humis, accubantibus; caule palmari, rotundo glabro, ſubrubente, concauo, lacteo ſucco præſurgente. Flore  
 luteo, folioſo, quo decedente ſubcreſcit pappoſum caput; & admirabile naturæ ludentis opus, quòd tandem ſpirante vento  
 efflatur in auræ. Radicem habet Cichorio proximam, lacteo ſucco plenam, ſed longè amariorum. Coſta ſtomachum diſ-  
 ſoluitum

## CICHORIVM DOMESTICVM.



solutum adstringit. cruda verò alii siliù. eadem dysentericis auxiliatur, sed magis cum lente decocta. Succus potus prodest, quibus genitura est. In aceto decocta, vrina tormina discutit. Vniuersa planta decoctum potum, auxiliatur regio morbo laborantibus. Tradunt Magi succo totius cum oleo peruntis sauorem conciliari, eosque facilius impetrare quæ volunt. Sed profecto maxima est seplasiariorum multorum negligentia, atque ignauia, qui cum in horis numerosissimum, præstantissimum, habeant ptybum, & in campetribus Cichorium ubiq; frequentissimum, harum plantarum loco modo hieracium: modo syluestrem lactucam, & in campetribus Cichorium ubiq; frequentissimum, harum plantarum loco modo hieracium: modo syluestrem lactucam suo lacte refertam subijciunt, atque ex his aquam, quam nomen de Endiuia mentirifacunt, suis plumbeis eliciunt organis. Quod maximè detestandum est: nam est hieracio, syluestriq; lactuca vis frigida in suis partibus calorificum adeò est, vt linguam exurat, ac velleat: quibusdam verò adeò somnificum, vt non desint, teste infra Dioscoride, qui illud meconio permisceant. Est & alia Cichoracei generis planta, quam quidam zacintham vocauerunt nobis

Seplasiariorum negligentia

nobis autem ab affectu CICHORIVM VERVUCARIYM appellare libuit. Radice hac nititur capituli figura, subnigricanti colore, adnatis circumque capillaceis fibris. Folia habet Cichorij, verum paulo asperiora. Caules edit cubitales, & quandoque maiores, tenues, asperiusculosi, in quorum summitatibus flores oriuntur aurei, cioracca specie, quibus staccifcentibus semen remanet subnigrum, capituli instar, circumquaque secundum longitudinem scelli, melopeponis modo. Mira huius plante facultas est ad tollendas verrucas. Siquidem scimus nos nonnullos, quorum manus nervicis admodum numerosis scatebant, sanatos esse, deoratis in acetario semel tantum huiusce Cichoraceae plante folijs. Idem praestat eius semen, tribus diebus drachma pondere deoratum dum se cubitum recipiunt Vervucosi. Hoc velim acceptum referat rei plantaria studio Franciso Calzolario Pharmacopoeo Veronensi, qui plantam ad me unã cum facultatibus misit. Ceterum aliud CICHORII genus, CONSTANTINOPOLI allatum, misit ad me Vienna Clarissimus Angerius de Busbecke Flander, radicibus numerosis, Asyhodeli modo dependentibus, siliquarum ferè raphani figura. Cuius imaginem, ob rei noniatem, hic ap-

## CICHORIVM SYLVESTRE.



## CICHORIUM CONSTANTINOPOLITANVM.



pingi curauimus. Sunt præterea qui Inrybaceo generi herbam adscribant, quæ à flore cyaneo CYANVS Plinio dicitur, Cyani men-  
 aliquibus uerò vulgò Battisocera, vel Battisocere, nobis autem fior Campefe, quod in campis inter fegetes, Maio, & Iunio  
 mensibus numerosus proveniat. Expetitur hic maximè rusticanis puellis, suis contemendis coronis, quibus per æstatem ca-  
 put & tempora cingunt. Sed quibus notis, quibusve rationibus inter Inrybacea annumerari possit, quid dicam, non habeo.  
 Duim est generum, maius, & minus. Hoc frequentius in campis habetur, folio longo, pilofo, albicante, barbulis quibusdam  
 dissecto. Caulis editi plures, bicubitalis, lanuginosus, atq; folijs minoribus refertos, floribus in cacumine caruleis, in ambitu  
 crenatis, squaroso è calyce prodeuntibus. Radice nititur unica, sed fibrosa. Maius latioribus provenit folijs, albioribus, pilo-  
 fioribus, & nulla in parte diuisis, ut in lychmide. Vegetiores quoque habet caules, albicantioresq; breviores tamen, & flo-  
 res longè maiores, & patentiores. Nascitur in montibus frequentius, quam in campestribus. Huiusce vires nullus antiquo-  
 rum, quod scierim, scriptis mandavit. quanquam Placentinus, quod affirmaverint aliqui Cyanum pessilentibus morbis  
 propria